









1731.

1. Gerike, Petri: De optime methodorum Iocendi et Discendi  
ratione.

2. Heisterus, Laurentius: De medico naturae dominio.

3. Heisterus, Laurentius: De medicinali utilitate in  
juri prudentia

= Kremius, Dr. Paulus: De iuribus foeminarum, Muskratrum  
in Germania. 2 Sampt. 1730 - 1731

= Kremius, Dr. Paulus: De variis juri's actionis Cr.  
minibus in Germania generalibus. 2 Sampt. 1730 - 1731

6<sup>o</sup> = Kremius, Dr. Paulus: De iuri's & ratione omnimoda  
formula: Richt und Wegericht in feudis concerna-  
tibus. 2 Sampt. 1730 & 1745 / 1749.

7. Schrammarius, Jones Laur.: De herbis symbolis occa-  
membris.

8<sup>o</sup> = Furer, Gott. Samuel: De sturtis imperii Rom. Fue-  
rurum procurantibus. 2 Sampt. 1730 - 1754

1731.

1. Fabrius, Petrus Antonius: De doctrina culturae  
linguarum in florentiniis quibusdam Europae regnibus  
Oratio auspicata.
2. Grise, Petrus: D. vulnerum remissione.
3. Goetel, Th. Wilhelm: De cursum processu.
4. Kressius, Dr. Paul: De aequitate
5. Melchiorius, Brandanus: De conceptione
6. Wagnerus, Th. Sander: De mathesos in medicina  
ac presertim practica utilitate





55.

8

8

8

8

*DISSE*  
**DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
JVRIDICA**  
DE  
**JVRISDICTIONE  
OMNIMODA**

FORMVLA:

**Richt und Angericht  
IN FEVDVM CONCESSA**

QVAM  
PERMISSV INCLVTI ORDINIS JVRIDICI  
PRÆSIDE

**D. JO. PAVLLO KRESSIO**  
ORDINIS SVI JAM DECANO ET  
SENIORE

**PRO CAPESENDIS SVMMIS IN  
VTROQUE JVRE HONORIBVS**

*IN JVLEO MAJORI*  
DIE XX. MARTII A. MDCCXXX.

PLACIDÆ ERVDITORVM DISCETATIONI SVBMITTIT  
AVTOR

**MICH. GOTTL. VERMEHREN**  
LVBECKENSIS.

---

HELMSTADII  
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII  
ACAD. TYPOGR.

PRESTATIO MERCATORI  
AURICIA  
DE  
VARISDITIONE  
OMNIMODA  
LORVAT  
GUDIUS TIP. S. GUDIUS  
IN LUDAM CONCESSA  
FERRARI. INGENIO. ORNAT. JAVELIC  
PRASIDE  
D. IO. PAVLO KRESSI  
ORDINES SANI IAC. BECANOIT  
SCHINOR  
PRO CAPITENIS S. AWMIS IN  
ATROGAE TARE HONORIBVS  
IN JUNIO V. 1601  
DIE XX. MARTII A. MEDCXX  
TYPICAE. ILLUSTRIORAE. DEDICATISSIMA. EXAPTTA  
AUTOR  
MIC. GOTTL. AERWINTER  
FABRICENS  
HELMSTADT  
TYPIS PAVLI DEDICRIGI SCHONORIB  
ACV. TULLO



DE JVRISDICTIONE OMNIMODA  
per verba Richt und Ungericht  
*in litteris investituree Vasallo concessa.*

§. I.



Ominus Directus in  
feudi collatione cum  
expressa in instru-  
mentis \* infeuda-  
tionis & subintelle-  
cta qualitate quoad  
plenariam possessionem & utile do-  
minium cum plena utilitate in Va-  
fallum feudum transfert.

A

\* Men-

\* Mentio quidem sit II. F. 32. brevis instrumenti, per quod investitura probatur, sive a paribus subscripti, sive ab aliis confirmati. Interim literæ investituræ, ut hodie, saepius non conscribebantur vid. B E S O L D. b. verbo n. 30. L. De feudis Pomeraniae M E V. in consil. XLIV. n. 26. ita: Drittens ist aus solchen nachfolgig/ daß die Pommerschen Lehn-Leute recognoscit Erbe gar keine Lehn-Briefe bedürfen/ auch bey den Erb-Huldigungen und sonstien neuen Lehn-Briefe zu suchen und zu nehmen nicht nöthig haben. Das Hero die wenigsten im Lande Lehn-Briefe haben/ noch weniger das sie selbe von Fürsten zu Fürsten gesucht. Dennoch der Pommersche Canzler Chemnitius schreibt/ daß in Pommern keine alte Lehn-Briefe/ und wohl (tempore Chemnitii) keine über ein oder andert halb hundert Jahr zu finden. Gestalt sie ihre Succession nur durch die Verwandschaft erweisen. De feudis Holsatiae in eundem sensum differit auct. der refutat. contr. Hoff. Gott. pro Plön. Das Herzogthum Hollstein/ ait, beweiset dieses selbst. Denn ob es wohl ein alt Reichs-Lehn/ hat es doch nur von Carolo V. Lehn-Briefe zeigen können. Consentit auctor der Nachricht von Mecklenburgischen Lehen p. 1542. apud LÜNING I. F. denn die Mecklenburgischen Lehn-Leute vom Lehn-Hoff keine Lehn-Briefe fordern/ sondern mit einem Muthscheir zu frieden seyn. Vrst quidem dux F. W. a. 1704. ut literas acciperent & solverent nobiles, sed lis dein delata est ad cameram.

§.II.

---

### §. II.

Et quemadmodum Vasallus in quavis feudi & investituræ renovatione præstitis præstandis per homagium & reversales ad debita servitia & onera feudalia fese obligat: ita & Dominus Directus ad concessorum jurium præstandam evictionem, quam per litteras investituræ promittit, \*I est obligatus, & Vasallo contra Dominum actio de evictione præstanda competit, vid. JASON. in Vf. Feud. n. 40. STRVV. Synt. Jur. feud. c. 16. aph. 3. n. 4. \*2.

\*<sup>1</sup> Plura de literis investituræ earumque vi & indeole differit. THVMMERMVTH. præcipue p.73. sequ. urget Dominum teneri ad editionem literarum vasallis suis. Contradicit autem ipsi ZIMMERMANN p. 58. Nam authenticas literas non a domino, sed a vasallis custodiri, unde editionem ab illo frustra exigi. Quod si tamen apud dominum sint, tantum contra tertium edenda putat ZIMMERMANNVS. Rectius tam

A 2

men

men videtur, quod etiam edenda in lite cum domino, quia sunt communia instrumenta.

\*<sup>2</sup> Quam plane HERT. *de feud. oblat. II.* §. 13. extendit ad feuda oblata vicissim tamen observavi vasallum promisso in oblatione evictionem domino p. 217. ap. MIR. *in donat. Belgic.* imo æquior videtur Hornii sententia, quod dominus hic ad evictionem non obstringatur *vid. ejusd. I. F. p. 181.* nec aliter ante eum STRVV. quem defendit THOMAS. *de feud. oblat. c. 2. §. 4.*

### §. III.

Ea propter Dominus Directus sine prævia causæ cognitione & absque commissa a Vasallo felonias concessa hunc jure suo non potest privare, ut potius contra officialium attentata & conatus Vasallum tueri & illius jura larta tecta conservare ipsi incumbat, cum quod subditis ex contractu quæsitum est, a Principe ne quidem de plenitudine potestatis possit auferri, nedum ab ipsius officiis.

officialibus. conf. GOEDD. inter *Cons.*  
*Marp. Vol. 4. Cons. 26. n. 308.*

§. IV.

Porro si vel maxime majores col-  
latis per investituram juribus in de-  
bita & concessa quantitate, aut qua-  
litate, vel ex negligentia, \* i vel igno-  
rantia, vel metu majoris violentiae,  
aut per alias rationes aliquamdiu usi  
non sunt, in persona successoris non  
statim amittitur feudum, nec Do-  
mino Directo, multo minus ipsius  
officialibus, jus ad feudi privatio-  
nem potest suppeditare, præstitis  
quoad cetera a vasallo nunquam  
non præstandis, sed potius tenor  
litterarum investituræ erit inspici-  
endus. Conferantur, quæ habet  
TIRAQVELL. in *comment. Sup. L.*

A 3

si

*si unquam C. de revoc. donat. vers. libert. n. 9. \*2 SCHRADER. de feud. part. 5. c. 2. n. 28. 29. & 30. \*3*

\*<sup>1</sup> Modo negligentia non plane contineat speciem derelictionis feudi, partium ejus aut jurium. Ut v. c. si Vasallus domino non tantum permittat exercitium jurium alias sibi vi investituræ competentium, sed dominum plane ad illorum usum ultro invitet. Quamvis agnatis suum jus salvum maneat, cum hi feudum non debeant possessori, sed primo acquirenti.

\*<sup>2</sup> Dicit TIRAVELL. c. l. quod tenor investituræ deroget omni naturæ feudorum. Quod semper recurrendum ad tenorem investituræ, quæ vim contractus ostendit, & curiæ feudalii derogat. Nec tenor restringendus est, sed indefinite interpretandus. Allegat autem II. F. II. §. si ausim, in quo textu habetur, quod probatio investituræ vel per testes fiat, vel per instrumentum. Huc etiam facit II. F. XVIII. quod capitulum allegat BALDV. Nam per hanc legem etiam fœminæ succedunt, si tenore investituræ feudum masculis deficientibus fœminas quoque admittit.

\*<sup>3</sup> Habes apud eundem, quæ apud TIRAVELL. Addit autem: investituræ contenta non censeri mutata, nisi constet de utriusque contrahentis domini & vasalli consensu. Nec enim sufficere

cere consensum domini, quamvis sit imperator.  
Nec enim hic lege contractus sui solutus est.

### §. V.

Sed quid si accedat non usus di-  
uturnior? Finge filium investitum  
esse de jurisdictione utraque supe-  
riore & inferiore. \* Dein autem  
Filium longissime non exercuisse in  
feudo, nisi jurisdictionem inferio-  
rem. An hoc non nocet successo-  
ribus, nec agnatis, nec ipsi quidem  
filio? Videtur id damno non es-  
se, cum successores feudales non  
sint hæredes, prout jure communi  
describuntur, personæ scilicet suc-  
cedentes in omne jus & omnem  
obligationem defuncti, sed feudum  
consequantur lege feudali pactis-  
que majorum. Vnde sibi oppo-  
nun-

nuntur feuda hereditaria & feuda ex pacto & providentia in communione feudistarum schola. Quare in feudis non in universum, sed in rem singularem succedi, & successiōnem feudi se habere, ut successiōnem fideicommissarii in fideicommissio familiæ, observat COCCEJ. *de feud. hered. mixt. n. 9. sequ.* Teneri enim vasallum ad restituendum feudum æque, ut fideicommissarium ad fideicommissi restitucionem.

\* Observat LAVTERBACH. *ad tit. de jurisd. quod solo non usu non amittatur jurisdictio, nisi adsit alius, qui eam occupet.*

### §. VI.

Imo licet feudistæ doceant filium succedere patri, ut heredem, nec feudum ab allodiali hereditate separari posse *II. F. XLV. II. F. L.*  
ut

• 2 ) 9 ( 20

ut dicere possis factum patris, sub  
quo etiam non-factum seu non-u-  
sus juris quæsiti comprehenditur,  
ubique præstari debere ab eodem.  
Nihilominus & circa filium quæ-  
dam in jure feudali occurunt, quæ-  
cum separant ab heredibus aliis, ju-  
ris communis. Nam 1) filius non  
tenetur ad solutionem aeris alieni  
a patre conflati, si feudum relin-  
quat agnatis, & cum iis paciscatur,  
ut denuo a domino de feudo inve-  
stiatur. In qua specie hereditatem  
seu allodium libere repudiat, & no-  
vum beneficium sive feudum abs-  
que ullo onere solvendi patris debi-  
ta consequitur : 2) pater non po-  
test testamento suo filio vasallo onus  
inferre per *I. F. 8.* adeo ut nulla pa-  
tris dispositio hic sit ullius efficacæ

B

de

de jure certe feudali communi d. tx.  
 Vnde multo minus patri fas est filium plane in feudo exheredem facere, \* ut passim feudistæ fatentur. vid. RHEZ. BITSCH. ad I. F. 8.  
 VVLTEJ. I. F. c. 9. ut nil dicamus, quod celebres JCTI, ut WESENBEC. in *œcon.* Cod. ad L. VI. p. 27. inventi sunt in tx. II. F. 45. 51. tanquam barbarum Longobardorum morem nimium redolentes, quasi contra naturam sit, filium deteriori conditio-  
 ne & loco esse, quam agnatos, quos retento feudo allodium repudiare posse, evidens est. Plane BESOLDVS, MYSINGER, GAIL. GYL-  
 MANN, quos adducit & sequitur MAIER. p. 794. in *jur. feud.* tradunt etiam filium feudum antiquum ex pacto retinere, & heredi-  
 tate

tate paterna abstinere posse. Atque secundum hanc sententiam pronunciari in camera imperiali. Igitur ex horum mente filius ex facto paterno non obstringitur, nec illud indistincte praestare jubetur.

\* Dissentit quidem Cujacius ad II. F. 45, quasi pater filium excludere possit a feudo per indirectum, eo ipso dum ipsum exheredem esse jubet ab allodio. Nam in d. ix. filium non posse feudum & allodium separare. Ergo exheredem ab allodio esse etiam exheredem a feudo, consentiunt RITTERSHVS. l. 15. 5. *mjur. feud. Brit. sch. p. 639.* Sed hoc assertum aperte contradicit I. F. 8. quæ lex omne testamentum patris in feudo excludit.

### §. VII.

Enimvero uti facile conceditur vasallum suo non-usu præjudicium creare non posse agnatis, quia hi feudum nullo modo habent ab ipso, ut proinde ipsorum caussam non

magis deteriorem reddere possit, quam cujuscunque alias tertii, ita tamen aliud omnino de filiis dicendum. Hi enim respectu successio-  
 nis, & obligationis ex facto defun-  
 eti satis aperte secernuntur in tex-  
 tibus juris feudalis communis. Ac-  
 cedit quod agnatus non succedat  
 proxime defuncto, sed primo ac-  
 quirenti, & ex illius pacto; filius  
 autem succedat patri suo defuncto,  
 non primo acquirenti, alias v. c. a  
 patruo excluderetur Cv JAC. ad II.  
 F. 45. Plures rationes conduxit &  
 ad contraria respondit S T R V V E p.  
 488. sequ. jur. feud. Textus sunt in  
 I. F. 8. §. hoc quoque I. F. 18. §. si a-  
 liquis II. F. 9. ex quibus aperte li-  
 quet, quod, quæ patris facto amissa  
 sunt, amissa sint quamdiu durat  
 ipsius

ipius propago, & revocatio de-  
mum agnatis competit. Quod  
jus ex identitate rationis pariter &  
ad ea pertinet, quæ pater & avus  
non-usu suo amiserunt. Nam taciti  
idem jus regulariter esse solet,  
quod expressi. Itaque si filius non  
revocat feudum a patre expresse al-  
ienatum, nec revocat, quæ pater  
non-usu alienavit, vel amisit. Si.  
quidem jus quod pater non habet,  
in filium heredem transire nequit

*arg. l. 54. de R. I. dicitur vero filius  
heres patris l. F. 8. §. hæc quoque  
versic. sine herede masculo & l. F. 13.  
versic. sine herede masculo.*

§. VIII.

Sed cur, inquis, filius non tenetur  
ex facto patris in camera imperiali

B 3

in

in ea specie, ubi ab allodio abstinet.  
Resp. 1) olim hæc quæstio, an filius  
obligetur facto patris, fuit oppido  
controversa. Sane circa sensum  
textus *II. F. 45.* unde decisio inter  
alia petitur, quatuor fuere senten-  
tiæ, de quonam feudo, an hæreditario,  
an de feudo ex pacto & pro-  
videntia, an de simpliciter sine he-  
redum mentione concessio, an de  
alio loquatur. Auctores singula-  
rum sectarum refert *H. P I S T O R*  
*L. II. qu. II.* & dein *FACHIN. L. VII.*  
*cap. V.* nec non *ROSENTHAL. c.*  
*IX. concl. 69. sequ. 2)* Quondam  
de jure germanico pater non magis  
poterat sive allodium sive feudum  
alienare, vel de eo disponere, sine  
consensu filii, quam sine consensu  
agnatorum, confer. *S C H I L T E R. ad*  
*I. F.*

• 2 ) 15 ( 20

I. F. A. 329. 349. 358. Vnde facile quilibet videt, quare judicio camerali se commendare potuerit doctrina, quod filius in feudo ex pacto & providentia non indiscriminatim stare teneatur factis paternis. Ceterum quod jus feudale communie Longobardicum aliter sentiat, & quoque in hac specie filium alliget gestis a parente, nec II. F. 45. de feudo hereditario, verum de feudo ex pacto & providentia sit intelligendum, luculenter probavit  
H. PISTOR. d. l.

### §. IX.

Quoties tamen de amissione iurium vasalli per non usum quæstio exsurgit, eadem requisita accedere debent, quæ alias in genere in jure ad

ad amissionem juris quæsiti requi-  
runtur. Reducit numerum requi-  
fitorum ad IV. S T R Y K . Vol. IV. diss.  
*de Non-us. jur. quæs. c. II. I)* tempo-  
ris lapsum 2) ut occasio utendi ad-  
fuerit 3) ut non usus sit totalis 4)  
ut b. f. adsit in altero , qui ex non-  
usu nostro jus sibi acquirere co-  
natur. Circa ultimum distinguit, ut  
bonam fidem exigat in eo, qui sim-  
pliciter nostrum jus in nostro præ-  
scribere intendit, non autem in eo  
qui libertatem ex nostro non-usu  
servitutis nobis in ipsius fundo com-  
petentis recuperare allaborat, quasi  
hic libertati favendum contra servi-  
tutem. Nec aliter fere e canonis-  
tis W I E S T N E R X. adit. de præscr.  
Sed quorsum pertinet jus vasalli in  
feudo ? Si de jure Longobardico  
quæ-

quæstio, jus hoc pertinet ad usum-fructum II. F. 23. versic. hujus autem adeoque videtur esse species servitutis in re cuius proprietas est apud dominum. Ut his positis concluderes: domino non opus esse b. f. propter dicta de favore libertatis. Interim cum feuda nobilium nostrorum sint ablata, & longe proprius ab allodio absint, quam beneficia Longobardorum data, ut pro in feuda proprietatis nobis in Germania commemorent GIPHANIVS in I. F. & THVMMERMVTHIVS aliud omnino tenendum.

§. X.

Ast quid dicendum de hac specie non - usus: nobilis cuiusdam maiores investiti sunt a principe cum jurisdictione omnimoda civili

C

&

& criminali, vel ut nos: superiore  
& inferiore, repetita est vetus for-  
mula per omnes successores, &  
quotiescumque casus renovationis  
investituræ, sive principe, sive no-  
bili decedente contigit, literæ in-  
vestituræ locutæ sunt semper idem:  
mit Ober- und Erbgerichten, mit den  
Gerichten höhisten und niedesten, item:  
mit Gerichte und Ungerichte. Vi-  
cissim nec nobilis nos ter, nec ma-  
iores ejus unquam usi sunt jurisdi-  
ctione superiori, sed si accidit in pa-  
go suo homines cædi, furta & ra-  
pinas committi, vel aliud crimen  
capite plectendum, aut corporis  
cruciatiū coercendum patrari, de-  
linquentes non tantum permisit  
præfectis principis, sed aliquando  
ultra eosdem rogavit, ut prehen-  
derent,

derent, ac punirent facinorosos.  
An hoc casu jurisdictio superior  
non usu amissa an adhuc nobili in  
salvo?

### §. XI.

Plura argumenta in utramque  
partem hic se offerunt. Pro vasal-  
lo adduc ipossumus i) verba clarain-  
vestituræ primæ diserte utriusque  
jurisdictionis mentionem facientis,  
& non tantum inferiorem, sed quo-  
que superiorem comprehendentis.  
Atqui ex prima concessionis for-  
mula totum feudum, & omnia quæ  
eidem adhærent jura æstimari de-  
bent KLOCK. cum pluribus aliis  
*III. consil. XLV. n. 75. II. Cons. XXII.*  
*n. 50.* Per eam dominus vasallo  
sancte fidem facit de concedendis  
& præstandis iis omnibus, quæ in

C 2

in-

investituræ literis continentur 2) formulam hanc non tantum conspicere in primæ investituræ, sed quoque plus vice simplici repeti in investiturarum sequentium instrumentis. Promissa autem geminata, ut duplex vinculum, fortius ligare & obstringere promittentem. Adeo ut geminata promissa a quibusdam comparentur juratis T v s c h. tom. IV. concil. 28. n. 50. cum geminatio plane tollat præsumptionem simulationis, & reddat efficax validumque promissum sine causa factum alias non valiturn. Idem n. 27. d. l. 3) Renovationem investituræ toties iisdem verbis impetratae non tantum conservare jus vetus, sed idem quoque confirmare L v D w. p. 388. de divis. succ. feudal.

&

§ renovat. invest. Imo principem  
4) haud obscure jus, si quod ex  
non-usu Vasalli, aut aliis ejusdem  
factis consecutus est, iteratione an-  
tiquæ integræ formulæ, remittere,  
& jurisdictionem quam olim con-  
cessit omnimodam, in investituræ  
renovatione denuo largiri, aut re-  
staurare.

§. XII.

Deinde 5) licet ex non-usu, vel  
quod vasallus principis officialibus  
exercitium jurisdictionis, criminis  
permiserit, aut illorum adjumen-  
tum imploraverit, argui possit, va-  
sallum jurisdictionem hanc amisisse  
& principi, cuius procuratores  
sunt officiales, quasi reddidisse: at-  
tamen frustra hic videri disputari  
de consensu tacito vasalli ex conje-

c 3

ctu-

eturis & factis demum eruendo, cum consensus principis investientis & vasalli investiti expressus, & peripicuis verbis declaratus satis abunde in contrarium adsit in literis investituræ mutuo datis & acceptis. Ut proinde 6) hic recurrant notissimæ regulæ juris: major vis est expressi quam taciti l. non nunquam de C. & D. & expressum facit cessare tacitum l. cum ex filio §. filii de vulg. & pupill. substit. l. 2. C. de proc. Accedere 7) quod verba investituræ non semel aut bis scripta, sed tot vicibus repetita non frustra posita censeri, verum ita exponi debeant, ut juris effectum producant. Cum finis utique verborum scriptorum sit, ut mentem scribentis, quid velit, quæ dare, quæ

quæ retinere malit, certo & fideli-  
ter indicent, non ut forte sint sine  
ratione sonus. Atqui si in nostra  
specie jurisdictione vasalli criminalis  
habenda est pro amissa, vel domino  
reddita, ultima verba formulæ, vel  
potius formularum repetitarum:  
mit den Obergerichten, aut höhisten  
Gerichten, aut mit den Ungerichten,  
in renovatione investituræ otiosa  
erunt & abundabunt. Plane 8)  
omnibus rite perpensis, nec tempore  
continuationem, nec bonam fi-  
dem, nec proinde non-usum præ-  
scriptione legali munitum hic in  
parte principis aut officialium alle-  
gari posse. Cum 9) a quavis inve-  
stituræ renovatione semper nova  
periodus non-usus, vel remissionis  
facto factæ, cœperit, adeoque con-  
ti-

tinuitas temporis novis datis literis  
cum antiquæ formulæ reiteratione,  
interrupta sit. Neque vero con-  
tingere potuerit, ut bona, fides ac-  
cesserit, dum principi ex iis ipsis li-  
teris, quas ignorare non potuit, sa-  
tis constiterit de renovatione juris  
quondam concessi, nunc denuo so-  
lemni actu in memoriam revocati.  
Imo 10) vasallis in proposita specie  
nulla culpa, aut negligentia jurisdic-  
tionis suæ criminalis imputanda  
videtur, cum hi suis literis identi-  
dem renovatis innixi sint, & his  
tanquam certissimo munimento  
circumdati, se satis securos existima-  
verint. Quibus 11) addi potest,  
quod si quis usumfructum habet,  
& sciens tantum usum usurpet in  
fundo, nihilominus integrum usum-  
fru-

ij

fructum retineat l. 20. *Vsusfr.*  
quemad. amitt. Ex qua lege BRVNN.  
nominatim ad jurisdictionem in-  
fert, & quod utramque superiorem  
& inferiorem habens, etiam si tan-  
tum hanc exercuerit nihilominus  
utramque speciem retineat.

§. XIII.

Injuste igitur videntur agere of-  
ficiales principis, si vasallorum juri-  
bus per evidentissimum investituræ  
titulum acquisitis & renovatis, alle-  
gatis actibus suis in possessorio præ-  
judicare intendunt, cum potius, quo  
niam per notoria jura per tituli pro-  
bationem petitorium terminetur,  
per hoc vero possessorum absorbe-  
atur, omisso possessorio in petitorio  
contra officiales & Præfectos sta-

D

tim

tim pronunciandum, quounque tempore videatur. Competit enim Vasallo ex infeudationis instrumentis actio, ergo & exceptio\* quæ nullo tempore præscribi videtur cum pleræque exceptiones sua natura sint perpetuæ, & quæ annua sunt ad agendum, regulariter perpetua maneant ad excipiendum, adeo ut perpetuo & semper etiam ad mille annos opponi possint. vid. W E S E N B E C. V. I. *conf.* 42. n. 25. 26. 27. tum quia per renovationem investituræ, renovata semper videtur exceptio. Nec in investituris verba impropre intelligi solent. Nec ubi de re denominata & designata constat, de denominatione instituta, disputandum. Nec opus conjecturis, ubi tenor dispositionis ostendit.

27 ( 20 )

ostendit, qualis fit contraetus. vid.  
MENOCH. *Cons.* 27. n. I. & 2. sed  
potius res manet eadem, jus idem,  
vel si maxime nomina per tempo-  
rum decursum mutata sint & ob-  
soleta.

\* Vnde Rex Borussorum in declaratione a. 1717. d.  
5. Jan. ad ordin. equ. Magdeburgicum : Die  
Lehn-Briefe bleiben/ gleich wie bisher/ also auch  
ferner/ & in perpetuum ein beständiges Funda-  
ment zur Erweisung der zu den Gütern gehöri-  
gen Pertinenzen und Regalien.

## §. XIV.

Ast recitatis rationibus Vasallii ;  
aut vasallorum, non decet oblivisci  
argumentorum, quæ in specie a no-  
bis proposita principis causam tu-  
entur. Quæ maximi utique pon-  
deris videntur. Nam 1) in omni  
interpretatione attendi debent ini-

D 2

tio verba & partium dicta. Nec  
 ab illis si clara & perspicua rece-  
 dendum. conf. G R O T. L. II. c. 16.  
 de J. B. & P. P V F E N D. VI. c. 12.  
 J. N. & G. Attamen 2) verbo-  
 rum non ea vis ac potestas est , ut  
 rebus , actis , gestisque vim inferre  
 ex non - ente ens , ex facto non-fa-  
 ctum facere possint , ut recte ani-  
 madvertit C V J A C I V S ad rubr. C.  
 de pac*t*. Scilicet si summa est re-  
 rum factorumque evidentia , non  
 tam videndum amplius est , quid  
 partes dixerint , quæque verba ad-  
 hibuerint , quam quid ab illis actum  
 gestumque arg. l. 15. §. 4. locut. Quis  
 enim 4) agros commodato datos  
 diceret , de quibus per longissimum  
 tempus quotannis pensio vel exa-  
 cta , vel sponte soluta , utut in in-  
 stru-

strumento primo negotium com-  
modatum diceretur, & idem in se-  
quentibus instrumentis repetitum  
foret. Vocatur 5) in legibus hoc  
genus interpretandi: interpretatio  
usualis, quæ claræ etiam literæ le-  
gum prævalet, ut ut lex nunquam  
verbis legislatoris expressis aut mu-  
tata sit, aut abrogata. Obtinet 6)  
eadem inter pacifcentes. Nam &  
inter has usus, consuetudo pacto-  
rum verba exponunt, augent, &  
restringunt. *vid. l. 10. §. I. Servit.*  
*quemadm. amitt.* Siquidem ulus  
non tantum docet, quid hactenus  
inter partes obtinuerit in præterito,  
sed quid etiam obtinere debeat in  
futurum. v. GODDÆ. vol. III. Mar-  
purg. *consil. 33.* Dein 7) speciatim  
ex jure feudali constat, quod yafal-

lus consentiens, ut suum jus in ali-  
um transferatur, sive expresse con-  
senserit, sive per annum tacuerit  
tantum, illud amittat *I.F.V.II.F.*  
26. §. *Titius.* Porro 8) obligatur  
Vassallus in quolibet investituræ a-  
etu, ut quemadmodum a domino  
accipit literas investituræ, ita, huic  
reddat: literas reversales, in quibus  
domino ostendit, quas res & quæ  
jura possidet, & quæ non possidet.  
Vnde etiam: der *Lebens* Revers, das  
*Gegen-Bekanntniß* synonyma sunt.  
Vid. SCHOPP. *jur feud.* p. 509. RUDIN-  
GER. cent. *IV.* obs. 33. WEHNER.  
v. *Revers.* SCHILT. ad *I.F.A.* p.  
207. Finis 9) reversalium harum  
esse dicitur, ut probent, quid Va-  
sallo datum, quid non datum & ut  
inde possint decidi controversiæ de  
feu-

48 ) 31 ( 20

feudis & illorum pertinentiis ROSENTHAL. VI. 67. RITTERSH. II.  
l. 43. jur. feud. SCHOPP. p. 10. d. I.  
Imo ut sint confessionis loco, quod  
Vasallus praesenti jurium suorum  
possessione contentus sit, nec plu-  
ra desideret. Ergo 10) cum haec  
omnia sciat, vel scire debeat Vasal-  
lus, ipsius est, ut si tempore reno-  
vationis investituræ de edendis re-  
versalibus dies instat, ipse fideliter  
domino indicet, quæ sorte ex iis,  
quorum in literis investituræ men-  
tio fit, ipsi desint, sive apud domi-  
num, sive apud alium existant, pe-  
titque dominum, ut ipsum defen-  
dat, & ipsi amissa recuperanda cu-  
ret, vel ipse restituat. Horum ii) si  
nihil facit, si praesenti sua posses-  
sione contentus est, si nihil a domino  
de-

desiderat, haud obscure juribus alias quæsitis renunciat, & eadem tacite derelinquere videtur.

§. XV.

Porro verum quidem est, quod ex literis investituræ judicandum sit de feudo, sed judicandum tamen non est ex solis investituræ literis, verum simul ad ulum ad observantiam, ad gesta & acta per diuturnum tempus inter dominum & Vasallum simul oculus adjiciendus est, ut vel exempla investiturarum imperii docent V. c. præful Heribolensis diserte investitur de Ducatu Franconico, principes Schwarzenburgenses, de axiomate: der vier Reichs-Graffen, præful Spirensis: mit dem Grundruhr-Recht, verum quo-

quousque effectus horum verbo-  
rum porrigatur non ex investituræ  
literis, sed ex usu, observantia ge-  
stisque in imperio discendum est.  
Imo esto: non exercentem usum  
fructum, sed usum, si scit jus suum,  
usumfructum retinere. Nihilomi-  
nus hoc tantum eo pertinet, si non  
adsit aliis, qui occupet, vel utatur,  
præscribat.

## §. XVI.

Præmissis his generalioribus ad  
specialiorem commentationem de  
formula investituræ mit Richt und  
Ungericht pergamus, initio dispe-  
turi diligentius, quid per voculam  
Richt indigitetur ac significetur.  
Sunt qui arbitrantur per vocem  
Richt vel Gericht, absque ulla alia  
additione ulteriori concessionem

jurisdictionis omnimodam criminalis scilicet & civilis comprehendendum nulla jurisdictionis species existimat. Vid. Dorff und Land Recht Ref. 7. §. 8. ibique citatos, it. Dotissimi Domini BILDERBECK eruditissimam deductionem jurisdictionis Abbatæ St. Mich. Luneburg pag. 47. ibique allegatos. Imprimis ita statuit Dn. STRYKIVS in diss. de jurisd. circumsepta. Nos quidem hoc asserere nolumus, cum hic de re maximi momenti agatur quæ expressam concessionem requirit. Sed per eam jurisdictionem proprie sic dictam, & cognitionem in civilibus solummodo concessam affirmamus vid. mot. aet. Dorff und Land N. l. c. ibique allegat. quibus add. SCHILTER. in Praxi jur. rom. Ex. 6. §. 10.

\*Do-

Docuit quidem Wesenb. Gerichte in genere continere etiam : die Ober-Gerichte / sed hoc tantum defendi potest, e more regionis v. c. Hassiae, ut recte observavit HERT. in opusc.

### §. XVII.

Ad hanc jurisdictionis speciem pertinent causæ civiles & pecuniaræ, & vocatur, vulgo : die Erb-Gerichte, Nieder-Gerichte, Unter-Gerichte, SCHOTTEL. *in antiq. germ. jurib. c. 7. §. 4. & 5.* quæ jurisdictionis species apud Romanos mixtum imperium audit , & cognitionem in causis civilibus in se continet , non vero jus multandi & puniendi , si casum excipias, ubi ad tuendam jurisdictionem civilem contra contumaces pœna infligitur. *L. f. C. de offic. ejus cui mand. Jurisd. STRVV. Synt. civ. tit. de Jurisd. STRYCK. V.*

E 2

M.

M. ff. l. 2. tit. I. §. 8. ibique allegat  
Respons.

§. XVIII.

Jus Saxonicum de hac jurisdictionis specie vulgo, von den Erb-Gerichten, ita disponit: Was aber fleinere und geringere Fälle sind, die sollen in die Erb-Gerichte gereicht, und durch dieselbigen gestraffet und gerechtfertiget werden, oder nemlich Haarräuffen, Schläge die nicht tödtlich sind, noch Lähmde bringen, daraus auch keine Wunde wird, als braun und blau, Nasenbluten, Maulschellen, Zahnblassen, so die nicht wackeln re. und alle bürgerliche Sachen die nicht von peinlichen Sachen herfliessen, als Schulde, Gültde, Schäden, Pfändung re. Vid. pluribus CARPZ. Pr. crimin. q. 109. ibique alleg. Resp. Lipsiens.

§. XIX.

### §. XIX.

Secundum constitutiones Cellenses res expeditissima est, quod Vasallo mit Richt oder Gericht simpliciter investituto, cognitio in causis civilibus competit. Sed cum hac jurisdic<sup>t</sup>io inferior juxta leges Provinciales Cellenses & obseruantiam subdistinguatur in jurisdic<sup>t</sup>ionem proprie sic dictam & Pfahl- und Zaun-Gerichte, *conf. resol.* den Lüneburg. Landsch. ertheilet 1686. & 1695. ubi prolixius de his omnibus, Vasallus mit Richt oder Gericht (sunt enim æquipollentia) investitus utique omnibus pagi locis & extra pagum exercere jurisdictionem in causis civilibus poterit, e diverso exercitium der Pfahl oder Zaun-Gerichte, ad certos casus est restrictum &

extra domos, curias & s̄epem ex-  
tendi non debet. Dicitur inde h̄ec  
jurisdictionis species, circumsepta,  
de qua erudite agit B. STRYCK. in  
disl. jam allegata, quæ exstat *in vol.*  
*I. disput.*

§. XX.

Diximus in §. præcedenti, in ter-  
ris Cellensibus Vasallo jurisdictione  
inferiori investito extra & intra pa-  
gum cognitionem competere. Sunt  
h̄ec extra omnem dubitationis a-  
leam posita. Per dispositionem ju-  
ris communis accessorium ejusdem  
juris est cum re principali *arg. c. 42.*  
*de Reg. Jur. in 6.* Jam vero cum  
pagus & eo pertinentes agri, prata  
& regiones in separabiliter invicem  
sint connexæ, ejusdem erunt juris.  
Conf. STRYCK. *V. M. ff. tit. de Ju-*  
*risd.*

risd. §. 20. ubi casum in terminis a  
 facultate Jurid. Francof. ita decisum  
 invenies. Concedens enim locum  
 omnia loco cohærentia concedere  
 videtur. LVD. ROM. *Cons.* 444. n. 7.  
Quoad praxin & leges Provinciales  
 Cellenses omni dubio ea quæ dixi-  
 mus carebunt, id quod ex sequenti-  
 bus apparebit. Per Recessus Pro-  
 vinciales omnibus Nobilibus com-  
 petunt, die Binnen-oder Pfahlgerich-  
 te, quapropter expressa per litteras  
 investituræ concessione , hic non  
 opus est. Hinc qui jurisdictione  
 investitus, utique plus juris habet,  
 atque jurisdictione per omnes agros  
 & terras pagi gaudet, id quod ex-  
 pressæ statutum *in Rescript Regim.*  
*Cell. de 1695.* ubi in §. 3. claris ver-  
 bis disposita leguntur : **Das ein mit**  
**den**

den Niedergerichten versehener von Adel die execution des Judicats außer den Höfen bewerckstelligen könne. Quid per hoc indicat aliud? quam exercitium jurisdictionis in hortis pratis & agris extra pagum sitis. Conferantur verba Relol. de 1682. §. 3. ubi: Das diejenige welche nur die Pfahlgerichte hätten sich der Feldgerichte zu enthalten, ex quo prono alveo per argumentum a contrario fluit, eos quibus plus per investituras concessum, & quibus mixtum imperium s. jurisdictione inferior, simpliciter competit, utique ad illius exercitium extra pagi fines fundam habere intentionem. *Add. vers.* 2. §. 10. dictæ resolutiones de 1682. ubi: Diejenige, darüber denen vom Adel allein die Pfahlgerichte concederet

ret sind, also die Gerichte auf denen  
Strassen und Feldmärchen unserer Am-  
tern verbleiben sc. ex quo infertur:  
Eos solummodo quorum jurisdictio  
est expressa lege, alioque jure cir-  
cumsepta ab exercitio der Feldge-  
richte excludi, plenaria vero jurisdi-  
ctione gaudentes, utique eam etiam  
extra pagum posse exercere.

### §. XXI.

Quæ de Jurisdictione inferiore,  
jurisdictioni circumseptæ contra di-  
stincta diximus, quod ad omnes ter-  
ras pago incorporatas extendatur,  
ea omni plane dubio destituuntur,  
si adjecta est litteris investituræ  
clausula: binnen und buten, cum per  
illud Jurisdictio circumsepta, die  
Pfahland Zaungerichte, per hoc die

F

Straß

Strassen und Feldgerichte significen-  
tur. Adeoque formula, quæ alicu-  
bi occurrit: Belehnien sie in Macht  
dieses Briefes mit nachbeschriebenen  
Gütern bey Nahmen &c. & paulo post:  
Das ganze Dorff N. mit dem Kirchen-  
Lehn, Richt und Ungericht, und den  
Zehnten, binnien und buten, merum  
& mixtum imperium intra & extra  
pagum sat opinabiliter comprehen-  
dit. Cum ex ratione in antece-  
dentibus allata, quod restrictio ju-  
risdictionis simpliciter datæ non sit  
prælumenda, tum quod per copu-  
lam: & species præcedentes con-  
jungantur. Ergo subsequentia decla-  
rant, quomodo præcedentia debe-  
ant intelligi, & quia subsequentia  
clara, sine dubio præcedentia ex iis  
declarantur. Copula etiam interpo-  
lita,

sita, ea quæ dilposita sunt copulati-  
ve non disjunctive intelligi debere  
videtur. HONDED. vol. I. conf. 2.  
n. 7. Ceterum : verba Nicht & Un-  
gericht per copulam & cum decimis  
connectuntur , & his antecedenti-  
bus, verba binnen und buten generali-  
ter subjiciuntur. Quin imo ex a-  
lliis investituris apparet secundum  
stylum antiquorum temporum hæc  
verba maxime in usu, & in collatio-  
ne jurisdictionis adhibita fuisse. Nam  
ita fluunt litteræ investituræ nobili-  
bus de Bartensleben 1553.concessæ:  
dem höchsten und niederen Gerichte  
binnen und buten Thuns. Conf. BIL-  
DER BECK in Deduct. contra Rega-  
litatem juris venandi in app. sub num.  
18. lit. a. ubi extractus harum Inve-  
stituræ litterarum.

F 2

§.xxii.

## §. XXII.

Alias in formulis investituræ formula: das ganze Dorff mit den Gerichten &c. pariter inferre videtur Jurisdictionem extra rusticorum habitacula, ad agros se extendere. Verbum enim ganz in jure totum, quod sine diminutione est, indicat ideoque dicitur: integrum, cui nulla pars deest. WEHN. in obs. pract. voc. ganz BE SOLD in thes. pract. sub voce ganz Vnde sec. L. I. ff. de orig. jur. in omnibus rebus animadvertisendum, id perfectum & totum esse, quod ex omnibus suis partibus constat, & dictio: totum, comprehendit quæcunque ad rem pertinent. GRATIAN. Decis. Maret. 47. n. 24. Conferantur etiam quæ habet Gratianus discept. forens. c. 460. n. 73. c. 335. n. 15. &

& non potest dici completum seu totum cui adhuc aliquid deest. M O D E S T . P I S T . Part . 3 . quæst . II 4 . Et uno toto translato censentur translatæ omnes ejus partes . M E N O C H . de præf . lib . 3 . præf . 97 . n . 10 . Quis igitur dubitaret per verbum das ganze Dorff regionem , tractum , ditionem , territorium , districtum , agrum & marcam significari ?

§ . XXIII .

Præterea certum est ex litteris investituræ , per præmissa generaliora , controversias circa feuda præcipue decidendas esse , & absque earum restrictione , vel etiam extensione verba prout sonant regulariter accipere & interpretari oportet , R O S E N T H A L . de feud . c . I .

F 3

concl.

*concl. 12. GAIL. obs. 50. n. 15.* etiam si verba investituræ naturæ feudi & consuetudini feudorum refragentur. *LVD. SCHRAD. de feud. part. 2. c. 5. n. 30. MATTH. de AFFLICT. decis. Neap. 265. n. 103.* Itaque nullus dubito assérere; quin Vasallus contra ipsam contrariam possessionem officialium in petitorio debeat obtinere, si hi forte alicubi, contra jus investituræ certum, de facto actus turbativos exercuerint. Vim enim faciunt, quod non sinunt possidentem eo, quod possidet uti arbitrio suo, faciendo quid per quod liberam possessionem alteri non relinquunt per *L. II. ff. de vi & vi armata.*

§. XXIV.

Porro Jurisdictio per Investitaram

ram Vafallo concessa , privative non  
cumulative a Domino Directo in  
Vafallum collata est , ita ut Domi-  
nus Directus , qui præter jus supe-  
rioritatis , regalia & recognitionis  
jura , nil sibi reservavit , concurrere  
non possit , nec ipsi , aut ejus officia-  
libus liceat Vafallum in jurisdictionis  
exercitio impedire , quod contra  
naturam feudi foret , utpote qua u-  
tile dominium omne transit a Do-  
mino in Vafallum , directo solo pe-  
nes Dominum remanente . FRANZK.  
lib . I . Resol . 18 . n . 7 . & 8 . conf . W E-  
SEN B . Const . 95 . n . 29 . Quem enim  
de evictione tenet actio , eum a-  
gentem multo magis repellit exce-  
ptio L . vindicantem 17 . ff . de Evict .  
E qui in alterum jus suum transtu-  
lit , tacite ei renunciaisse utique præ-  
sumen-

sumendum est. Leg. Dorff und Land. M.  
res. 7. §. 9. ubi prolixius deducta  
hæc invenies.

§. XXVI.

Pergamus ad alteram dissertatio-  
nis partem, quæ vocula: Ungericht  
absolvitur. Indicari per eam supe-  
riorem vel criminalem jurisdictione-  
m, quando pœna concernit amis-  
sionem vitæ, amputationem manus,  
aut alterius membra, notissimum est.  
Nominantur quippe in Jure Saxonico  
quævis delicta & maleficia Un-  
gericht\*, ut evidenter ex WEICHLID.  
Saxon. constat: vier Sachen sind ei-  
gentlich die Ungericht, recht genannt  
werden, als Mord, Dieberey, Raub,  
Nothzucht sc. Conf. STEPHANI de Ju-  
risd. l. i. c. 33. n. 75. COLER. decis. 107.  
n. 79. WEHN. obf. pract. voce Gericht.

MEIN-

MEINDERS de *judic. cent. in addit. ad cap. 6. p. 294.* LOBEL. Sachsen-Spiegel lib. I. art. 67. 68. l. 2. art. 10. art. 16. p. 465. 498. 499. 539.

\* Ungericht/ idem quod : ungerade/unrecht/unrichtig/ seu quod recedit a regula, sive delictum. Late sumtum dividebatur in das hohe Ungericht/ da das Verbrechen an Haut und Haar gieng/ und in das schlechte Ungericht/ so geringe gestraffet wurde. Item : in das übernächtige Ungericht / und die handhafte That/ oder frische That. Ibi accusatio fiebat, mit Geschrey und Gerüste/ ad bannum, hic autem non æque. Dein in genere observandum : Das bey allen Ungerichtendie Klage binnen Jahr und Tag geschehen musste/sonsten war sie præscribirt. Loca juris Saxonici vid. in Repertorio ad Spec. Sax. & ad Weichbild.

### §. XXVI.

Verbum hoc **Ungericht** etiam olim in terris Brunsvicensibus in usu fuisse, eandemque habuisse significationem neminem nisi historiarum ignarum potest latere. Erant quippe terræ hæ Saxonici juris iisdem-

G

que

que, utpote Saxoniam pars, legibus  
utebantur. Quæ deinde etiam, licet  
translato a Friderico II. Imperatore,  
hoc ducatu in Ottonem Puerum di-  
ctum Henrici Leonis Nepotem, ni-  
hilominus manferunt usque ad Secu-  
lum xvi, ubi paulatim in desuetudi-  
nem abierunt. **CONRING.** *de Orig.*  
*Jur. Germ. c. 32. p. 206.* **ENGELBR.**  
*Specimen Jur. Br. Luneb. §. 16. p. 59.*

### §. XXVII.

Sed disquirendum adhuc erit: An  
officialium contraria possessio vel  
quasi titulo carens juri privilegio-  
rum nobilium possit præjudicare? Id  
quod negamus per sequentia i) enim  
constat regulariter omnibus inve-  
stigationis instrumentis insertam esse  
clausulam: **So wollen wir und unse-**  
re

re Nachkommen re. aller der verliehenen Güter und Gerechtigkeiten bekenniger Herr und während seyn, so oft dasselbe von uns ersodert wird, und wir als Lehns-Herr das zu rechte schuldig seyn, ohne einige Einrede, Behelfs oder Gefahrde re. 2) Exstat Recesus Provincialis Friderici gloriosiss. memoriæ de anno 1471. Vbi inter alia Nobilibus terrarum Cellensis & quidem art. 5. antiquiora privilegia ita confirmat: Quapropter etiam privilegiorum renovatio & confirmatio quoties jure exigitur ipsis haud erit deneganda, addito: Oft schollen se sich daran nicht versümmen noch verschwiegen können. Quid per hoc indicatur aliud; quam salva & illibata manere, concessa Nobilium jura, nec mox negligentia, aut

silentio amitti si vel maxime exer-  
 citium ad alios pervenerit. Impri-  
 mis notatu dignissima sunt 3) verba  
 ea, per quæ Serenissimi Duces Cel-  
 lenses præstitis homagiis Nobilium  
 Privilegia nunquam non vindica-  
 runt & corroborarunt. Und gebieten  
 allen und jeden unsern R. die Ritter-  
 schafft R. an ihren Privilegien, Gericht  
 und Rechtigkeiten nicht zu hindern.  
 Quæ habet jam citatus dn. BILDERB.  
 l. c. p. 98. 99. ubi brevitatis studio  
 benevolum Lectorem remittimus.  
 Tandem 4) de non usu & præscri-  
 ptione, quid senserit in specie sin-  
 gulari ad se devoluta supremus pro-  
 vocationum senatus Cellensis, do-  
 cet sententia n. 69. in Beylagen ap.  
 BILDERBECK d.l.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Paucis adhuc videndum, quid obtineat, si Vasallus jurisdictione criminali investitus signa \* jurisdictionis haud habeat? Sane cum secundum l. 2. ff. de jurisd. ei cui jurisdictione concessa est, omnia concessa sint, sine quibus jurisdictione exerceri nequit, consequenter furcae vel patibuli erectio ad merum imperium pertineat secund. BOCER. de jurisd. c. 10. n. 10. add. ZIERITZ. ad Const. Crimin. art. 216. non video, quid obstet, quo minus Vasallus signa jurisdictionis erigere possit, cum alias concessio' meri imperii per litteras investituræ facta effectu suo careret.

\* Obergerichte/ Bluthamm/ Zenith/ Freyß/ höchste Gerichte/ Halsgerichte Malefizische Obrigkeit sunt unum & idem in formulis clientelaribus. Aliquando formula est prolixior ut in Lehnbriefe Leopoldi ducis vor dem Abt zu Mönchroth a. 1619. die Malefizgerichte/ Pranger/ Stock/ Galgen/ Haupt- und Halsgerichte anzulegen. item in literis Hans Renner's Caroli V. de a. 1530. nicht allein/ eine gemeine jurisdiction und Gerichtszwang/ sondern hoge und niedere Gerichte gegeben/ ein Halsgerichte/ Stock und Galgen aufzurichten/ und den Hamm daselbst über das Blut zu richten. Aliquando paucis: mit dem Hals-Obre- und Untergerichte ut in literis Ferdinandi

nandi præsulis Hildes. a. 1649. Jobst Hilmar Knig-  
gen datis. Vel ut Colonensis electoris: init **aller**  
**Obrigkeit** vid.literas Dn.de Gymnich Cent. i. Krum-  
stab n. 67. anno 1548. acceptas. Brevissimo verbo  
init der **Zenth** ut in literis Præsulum Franconiae,  
Vnde non respiciendum ad formulae brevitatem,  
aut prolixitatem, sed ad usum curiae feudalis, & ipsa  
rerum argumenta.

§. XXIX.

Et hæc sunt, B. L. quæ tum temporis an-  
gustia, tum alii labores festinante mihi ca-  
lamo delibare permiserunt. Cumque mate-  
ria de quibus paucis differuimus amplum di-  
cendi campum suppeditet, & majus otium  
postulet, si Deus vitam & valetudinem con-  
cesserit, reliqua secundis curis uberioris expe-  
diamus. Interim si quæ non admodum con-  
cinne dicta sunt, facile me impetraturum  
veriam confido, quod non tam verborum  
quam rerum & perspicuitatis rationem  
habuerim.

**T A N T V M .**

**S. XLVII.**

## COROLLARIA

- I. Sapiens ARVMEI Disp. feud. §. 18. dictum est: facilius mulierent ad regimen publicum quam ad domesticum admittendam esse.
- II. Feuda hodie in imperio nostro non sunt amplius vera feuda.
- III. Feudorum oblitorum origo a malo est.
- IV. Recte & bene olim II. F. LX-LV. feuda, nulla prescriptione obstante, non mutare licet in allodium: hodie autem idem nec bene nec recte docetur.
- V. Filius tenetur servare datam a patre expectantiam, quodcumque sit feudum. Licet dissentiat Struve c. VII. apb. 12. I. Feudal,
- VI. Crecsentibus delictis exasperandas esse poenias tam facile negatur, quam affirmatur.
- VII. Rectoris injuriarum potest dici imprudens contra injurias remedium, potest etiam dici remedium prudens.
- VIII. Falsum est. quod iniuste nobis injurias dicentes nobis non possint auferre honorem nostrum. Licet ita communiter DD.
- IX. Qui rem suam per vim defendit, etiam cum caede invadentis, non peccat in famosam l. 135. de R. I. Non est singulis concedendum, quod per magistratum fieri debet, ne detur occasio majoris tumultus.
- X. In poenis decernendis index non semper argumentari debet: ubi definitio criminis: ibi definitum, ibique infligenda factio ad quod v. c. definitio furtis quadrat, furti poena.
- XI. Falsum est, quod in jure majus & minus non varient speciem.
- XII. Doctrina de ratione sub fide captivanda non est theologis propria, sed in statu civitatis omnibus facultatibus & ordinibus communis. Ita enim TERENTIVS ap. TACIT. VI. c. 8. annal. ad Caesarem: non est NOSTRVM estimare, quem SUPRA certos, & quibus de causis extollas. TIBI RERUM summum JUDICIVM DII dederunt, nobis obsequii GLORIA relicta est.
- XIII. Auf eine Lügen gehört eine Maulschele / est proverbiu[m] iustum & piom. Licet illud non intellexerint MOLLER. 635. s. ad consit. SAX, nec BE SOLD. verb. Maulschele, nec HERT. in proem. Vol. II. tom. III. p. 565. nec CZ. qv. XCVII. n. 41. & lensem illius perperam ultra Alpes quesiverint, quem in media Germania invenire debebant.

H

MVX libri M. sib

CAN-

CANDIDATO SVO SELECTÆ ERVDITIONIS  
V I R O  
MICHAELI GOTTLIEB. VERMEHREN  
SALVTEM ET OFFICIA DICIT  
D. JO. PAVLLVS KRESS  
DISSERTATIONIS PRÆSES.

**L**ando operam & industriam TVAM, quod eam circa argumentum juris germanici occupare & de rebus ad jura feudalia, atque jurisdictionem spectantibus differere TIBI placuerit. Vel de sola jurisdictione vere dici potest, ut quondam de ORESTE: scriptus & a tergo, nec dum finitus Orestes. Sive Romanam, sive Germanicam circumspiciamus. Nec circa hanc nihil aliorum industria reliquit SCHOTTELIVS noster. Vbi enim in illo de: VNGEWORDE, vel WITZIGGEDING, vel OVERBAV, de quibus in scriptis inter Electorem & civitatem colonensem, vel de: SEMNER-AMMT, quod apud Molbusinos occurrit. Verum de his disquirere jam animus non est, sed TIBI gratulari promeritos in jure nostro summos honores, quibus TE in examinibus DIGNVM, in exercitatione forensi autem jam per plures annos redidisti DIGNISSIMVM. Apprecio TIBI priscum illud: FELICITER prosperosque rerum successus perpetuos, præcipue apud inclytam rempublicam avide redditum TVVM exspectantem LV BECENSEM.

Prescriptum in Academia Julia MDCCXXX  
die Martii XVIII.

H

AM-

AMPLISSIMO ET PRÆSTANTISSIMO VIRO  
MICHAELI GOTTLIEB VERMEHREN  
Summorum in Jurisprudentia honorum  
Candidato dignissimo,

S. P. D.

JOH. LAVRENTIVS MOSHEMIUS

*CHRISTIANVS MANNHEIMVS*  
**E**st, quod tibi debo, Vir Ornatissime. Tantam mibi voluptatem attulit his diebus colloquium tuum, quantam ex paucorum collegi sermonibus, ex quo peregrino sole caleo. Omnia mibi una revocasti in memoriam, quorum nunquam sine delectatione recordantur homines, patriam carissimam, primos iuventutis annos, stadium scholasticum, patronos, amicos, commilitones, & in his fratres tuos, quibus olim familiariter usus sum, quem humanioribus litteris imbuueremur. Nihil horum est, in cuius mentione parum suaviter acqueverim. Recreasset me oratio tua si multo etiam minus condimenti habuisset, quam habuit, nec insigni oris & morum suavitate temperata fuisset. Itaque statim post discessum tuum cogitare coepi, num qua ratione meam tibi vicissim voluntatem testari possem. Non diu me deliberare passa est tui ad nos adventus causa. Accessisti hanc Academiam, ut privatis publicisque documentis dignum te illis esse titulis doceas, quibus nihil majus Jurisprudentia largitur. Probasti jam virtutem ac eruditionem inclito Jurisconsultorum ordini: & nunc publica tibi arena sternitur, ex qua victoriam, una cum premio victoria, referas. Igitur cupide banc occasionem arripui, honoresque novos, quos cunctis plaudentibus consequeris, votis meis dedicandos esse tibi duxi. Accipe, Vir præstantissime, hoc quicquid est officii, neque fecus, ac animi optime tibi cupientis testimonium, interpretare. Fruere jam diutissime honoribus, quibus propediem ornaberis, salutis, incolamis, divinoque adversus omnes malorum insidias munitus patrocinio. Fausta tibi quævis ingenium, doctrina, virtus & prudentia pollicentur: plura etiam cælestis spondere videtur providentia, que rebus tuis præclare adhuc consuluit: Rata precor, sed hac omnia patriaque mea multos annos Jure-consulto in te utatur, omnibus illis rebus florentissimo, quibus humana continetur felicitas. Ita vale, Vir præstantissime, veteresque commilitones meos, quorum aliquos sacram, aliquos publicam rem Lubencium egregie hodie tueri non ignoras, officiose ex me saluta. Dabam in Academia Julia die XIII. Mart. MDCCXXX.

H 2

AM-

VIRO

NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO  
MICHAELI GOTTLIEB VERMEHREN

Supremorum in iure honorum candidato dignissimo

S. P.

CHRISTIANVS MÖNDENIVS.

**P**letat enim parentum diuina ope ac gubernatione summam liberis felicitatem parere, cum plurima omnis aeu exempla comprobant, cum familia Vermehriana luculentissime demonstrat. Haec ex Batavis oriunda, solum quidem solus verae religionis studio vertere coacta fuit; diuina tamen natu Stadam primum, deinde Lubecam translata, et pietate parentum floruit, & utilitate fructuque pietatis in liberos redundante. In primis memoria piissimi PARENTIS TUTI, VIR FRAESTANTISSIME, mibi potissimum celebranda est, qui grauissimo Pastoris Aegidiani apud Lubecenses munere ea dexteritate, eruditio, fide ac pietate defunctus est, ut in eruditissimi, pia, bonique pastoris exemplum merito proponi queat. Quem triumphante Lutheranismo in ecclesia militante triumphum egerit, nemini nostrarium obscurum esse potest, et, quotquot veritatem non prorsus concinnunt, triumphanti tota mente applaudunt. Iam parentis in celo triumphantis pietatem uberrimos liberis afferre fructus, et prosperitatem familie Vermehrianae in dies augeri, mirum videri potest nemini. Unicam TVAM fororem maxime reverendo Dno: IOANNI RITTERO, Pastori Petri meritis, amico & condiscipulo quandam meo dulcissimo, matrimonio coniunctam, fratresque TVOS exceptissime frui felicitate, tam gratum mihi cognitum fuit, quam quod gratissimum. Et quanta perfunctus sim lactitia, cum de TVIS ipsius rebus certior factus, caelesti favore omni ex voto succendentibus, verbis exprimere non possum. Prospera autem fortuna, diuinus tibi adiuncta, ne sine honore utaris, titulos, quos iurisprudentia impertit, summos ab inclito Iureconsultorum nostrorum ordine nunc rite TVO que merito consequeris. De honoribus itaque doctoralibus, quibus IVLIA nostra E condecorat, non possum, quin TIBI ex animo gratuler, vique in florentissima republica Lubecensi ex sententia cum TVIS floreas quam diutissime, precor. Dab. Helmaes. d. XVIII. Mart. c. Iscccxxx.

Qui

**Q**ui studiis doctum munivit pectus, & artes  
Hausit ab egregiis nocte dieque libris ;  
Ipsi promeritos tandem fert Pallas honores,  
Dignum laude virum Cynthius ipse colit.  
Gratulor ergo Tibi, vir Consultissime, laurum,  
Quam Tibi diva hodie darque dicatque Themis.

*His consultissimo Dn. Candidato, cum  
voto omnigenae felicitatis adplaudit*

**JOHANN WILHELM GOEBEL.**  
J.V.D. ejusdemque P.P.O.

**E**xburandi artem dixit discrimina legum  
Italus ; huic omnis venalis splendida Roma.  
Artes, non fraudes, legi, cui jura facrata ;  
Juscula dum sapiunt, coquus hic sua munia obivit.  
Si valet, hoc legis, facies ex pulice cervum ;  
Si valet, hac lex est, filices fient tibi gemmæ :  
Ex cancro pardus, cur non lepus audiat ursus ?  
Ex panno forfex, cur non ex forifice pannus ?  
Ut libet atque placet, coquus & sua juscula condit.  
Vir gravis & prudens, cui legum lustra videre  
Contigit, ut latebras noſſes, TV lynceus audis,  
Esque animo recto, dictabis carmina consul.

*Jurium curate concio  
DOCTORI VERMEHREN,  
suo ex proavis civi amplos auguratus in  
patria honores scr.*

**HERMANNVS von der Hardt.**  
Academie Julie Senior, & Præpos.  
Mariæberg.

**D**octoris titulos & summos iuris honores  
Dum, Fautor dilecte, capis, dum Iulia plausu  
Personat, Astræa cunctim venerata decorem ;  
Castalides meritum nostræ Tibi soluere pignus

Suscipient, fidum queis tentant gaudia pectus  
Tequemet augurio fausto comitantur euntem.  
Augurium Numen summum votumque secundet  
Innumera vt semper vias ratione beatus.

*In memoria favorisque referam p.*  
**JO. GERARDVS WAGNER.**  
Helmstad. Med. Cult.

**I**n genium, Cognate, tibi non turpiter hirtum,  
Sed studiis aptum, Pallas amica dedit.  
Artibus hoc multis Themis ingeniosa polivit,  
Indidit & mores blanda Minerva probos.  
Hinc jam praeclaro te Julia inactat honore,  
Magnum Doctoris dans tibi sponte decus,  
Principium vero tribuet tibi podus honoris  
Patria, consiliis fulta aliquando Tuis.

*Pauca haec gratulante calamo Cognato suo per-*  
*dilecto ac Fautori astutissimo adscriptis*

**FRIDERICVS TADELL.**  
Rostoch. Megopolitan.Opp.

**C**Arminis ob cultum tibi cingere tempora lauro,  
Ante annos statuit plures arguta Thalia.  
At vetuit numen Themioidos sanctumque potensque.  
Cur alius, soli mihi qui debetur, honorem,  
Inquit, præripiet, nec *cuique suum* tribuetur?  
Hunc ego VERMEHREN dignis *augebo* brabeis  
Sola, Virum clarum, justum justique peritum.  
Tempus adest, quo decretum venerabile numen  
Exequitur. Factum justum laudantque probantque  
Cognita queis TVA sunt merita, & gratiantur ouantes.  
Hilce meum vt plausum jungam patiaris, Amice:  
Augeat ipse Deus TIBI nunc fortunam & honores.

*Hocce debitiae obseruantia monumentum Viro*  
*Amplissimo atque Consultissimo*  
**MICHAELI GOTTLIEB VERMEHREN**  
*summa cum laude summos in utroque jure ho-*  
*nores capessenti gratulabundus posuit*  
**JVLIVS CAROLVS SCHLAEGER**  
Hannover. Philol. Cult.

**M**an hält gewiss mit Recht den alten Ehren wehr/  
Der seiner Eltern Auhn durch sich hat fortgesetzet/  
Wer aber selbigen noch über das vermehret/  
Der wird von jederman gedoppelt hoch geschäget:  
DEIN Vater zierete der Gottes Lehrer Orden  
DU bist im Höhern Grad der Themis Priester worden.  
Wie hoch hats nicht bereits DEIN Witz und Fleiß gebracht !  
DU hast den Preis davor anjezt angenommen/  
Wer weiß was DIN das Glück noch weiter zugedacht ?  
Ich wünsche das dis auch mag zur Erfüllung kommen/  
Das von DIN jederman durch viele Jahre höre/  
Wie sich DEIN Glück und Auhn beständiglich vermehre.  
Hiemit gratuliert Thro Hohedelgeb. dem Herrn  
Doctorando, und emphehlet sich Dero Gewo-  
genheit

A. E. H. BOSSE S. L. Cult.

**E**ximios VIR CLARE, Themis perspexerat ausus,  
Quis perscrutaris iura severa fori.  
Viderat arcanos sanctarum solvere legum  
Vt nodos mira dexteritate queas :  
Justitiae ut scite fontes aperire salubres.  
Et vastos possit lingua diferta sinus :  
Vtque bonas semper Sophiae rapiatur ad artes.  
Ingenium nisu fervidore TVVM.  
Hinc attollebat vocem : quis debita factis  
Pремia tam claris rite negare potest ?  
Tantorum testis, fas est, Themis ipsa, laborem  
Cæsareo ut doctum cingat honore caput.  
Ergo meas hodie, VIR PRAESTANS accipe laudes,  
Quas solida Legum cognitione meres.  
Et que jam dono TIBI pilea, signa futuræ  
Laudis majoris non dubitanda putes.

Tenuis hoc carmine TIBI debitos jam diu Tu*s*  
ingenio Inaque doctrina honores propediem  
consecuturo meam obseruantiam, de pre-  
sents dignitate latitiam, de furoris autem  
Et votum Et angurium publice restari de-  
bui TVI Vir Prenobilitissime Doctissime Et a-  
mice estimatisime. Studioſissimus Et ad  
quavis officia paratisimus.

**FRIDERICVS DE HANNEKEN**  
Oldenb.

134

**D**ie ganze Welt denkt aufs Vermehren;  
Selbst die Natur flößt diese Lehren;  
Dem Menschen ohne Lehrer eins;  
Was dieser edlen Trieb verhindert/  
Sein Gut / Lob / und Vergnügen mindert/  
Wird jederman verdrießlich seyn.  
Von Ihnen zeuge von diesem Triebe/  
Hochwehrter / Nahme / Schrift und Liebe/  
Die alle aufs Vermehren gehu.  
**G**ott gebe nur zu allen dreyen/  
Aus seiner Fülle das Gedeyen/  
Und lasse sie viel Früchte sehn.

Hedurch wolte dem Herrn Candidato seine  
schuldige Ergebenheit bezeugen

A. A. v. RAMDOHR.

**S**i milii Pierides justas in carinina vires  
Atque darent magnæ plectra movere lyræ :  
Astræe canerem laudes dum præmia digna  
Iustitiae mystis addere blanda solet,  
Vtque suos magnis titulis & honoribus ornet,  
Et studium digne penset ut usque sui.  
Carmina suggesteret TVA quas industria laudes  
Et quid conatus promerueret TVL  
Denique materiem preberet *Nominis omen*  
*Augens* fortunam tempus in omne TVAM.  
Ast quum nec carmen, spatum nec suppedit arctum  
Materia vires exsuperante meas;  
Castratio fidum dabimus pro carmine votum  
Et semper faciles in TVA vota Deos.  
Pergat fors tibi insta ruos pensare labores,  
Quoquo tibi cepit tramite semper eat.

*Ita Prenobilissimo Consultissimoque summorum  
in Jure honorum Candidato dignissimo  
applaudiebat*

**JOHANN. FRIDER. LINDEMANN**

Philol. Cult.

• 0 ( 20 )





**ULB Halle**  
001 520 156



3

Sb.





*DISSE*R*TATI*O *IN AVGVRALIS*  
*JVRIDICA*  
DE  
**JVRISDICTIONE**  
**OMNIMODA**

FORMVLA:  
**Richt und Ungericht  
IN FEVDVM CONCESSA**

Q V A M  
PERMISSV INCLVTI ORDINIS JVRIDICI  
**P RÆSIDE**

D. JO. PAVLLO KRESSIO  
ORDINIS SVI JAM DECANO ET  
SENIORE  
PRO CAPESENDIS SVMMIS IN  
VTROQVE JVRE HONORIBVS  
IN JVLEO MAJORI  
DIE XX. MARTII A. MDCCXXX.

PLACIDÆ ERVDITORVM DISCEPTATIONI SVBMITTIT  
AVTOR

# MICH. GOTTL. VERMEHREN LVBECENSIS.

HELMSTADII  
TYPIS PAVLI DIETERICI SGNORRII  
ACAD. TYPOGR.